



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. XXIII. De Actionibus ex delicto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

CAP. XX.

De Actionibus civilibus
& prætoriiis.

Axioma I.

Regulariter quando civile est remedium non datur prætorium, §. *Inst. de Act. l. 3. §. 1. Naut. Caup. stab.* Dixi regulariter, nam utilitatis causa prætor etiam suas proponit actiones, utur civilia remedia suppetant. *d. l. 3. §. 1.* Exempla in jure passim extant, præter *d. l. 3. §. 1. l. 15. §. 26. de injur. l. 13. §. 2. de usufruct. l. 76. §. 8. de leg. 2.*

II.

Actio civilis plenior est quam prætoria. *I. 28. pr. de leg. 1.*

Declarat. *Don. lib. 8. Comm. cap. n.* hanc regulam de actione pœnali ex delicto, quæ regulariter annum tantum durat, sicut & jurisdictio prætoria tantum est annua: secus statuendum putat, si loquamur de actione prætoria, quæ rem persequitur, cum & hæc perpetua sit.

CAP. XXI.

De Actionibus bonæ
fidei.

Axioma I.

Negotium bonæ fidei requirit exuberantem bonam fidem, ex qua substantiam agit.

Unde est, quod omnia pacta bonæ fidei contraria irritentur, *l. 11. §. ult. de Act. Empt.* Imò si dolus causam contractui dedit, faciat irritum contractum ipso jure, sin vero inciderit in negotium actione ipsius contractus, dolus veniat vindicandus, secus quam in stricti juris negotiis, *l. 7. princ. §. 3. de dol. leg. 3. §. ff. pro socio. leg. 1. C. de jure dot.*

II.

In bonæ fidei negotiis officium judicis tantum valet, quantum in strictis præstat expressa stipulatio: fundamentum hujus reg. est in *leg. 7. d. N. G. jung. leg. 24. ff. de posit.*

Praxis hujus regulæ ea, quod dolus incidens veniat in act. bonæ fidei *d. l. 7. §. 3. de dol. l. 1. C. de jure dot.* quidquid moris & consuetudinis committatur non secus ac si cautum esset. *leg. 31. §. 20. de edil. ed.* Denique mora committatur extrajud. argum. *l. 3. §. 2. Comm. mod. l. 17. §. 3. l. 32. §. 2. de usur. l. 38. §. 7. & seqq. l. 13. C. od.*

CAP. XXII.

De Actionibus stricti
Juris.

Axioma I.

In stricti juris negotiis quidquid adstringenda obligationis est, id si non exprimitur, pro omisso habetur. *l. 99. de verbor. obligat.* Unde in obscuro semper verba contra stipulatorem sunt explicanda, ut puta, qui legem contractus apertius dicere potuisset. *d. l. 99. & l. 38. §. 18. de V. O. leg. 26. de reb. dub.*

Limitatur 1. nisi aperta sint verba conventionis; ut puta, si quis vestem, quæcunque muliebris est, spondens, hanc vel istam dare nolit. *vid. dict. leg. 99. & l. 110. §. 1. de V. O.*

2. Nisi per talem interpretationem ipsum negotium corruat, *l. 80. de verbor. oblig. ita.* enim actus omnes interpretandi, uti potius valeant quam irritentur. *vid. infr. in c. actus.*

II.

In strictis juris actionibus judex præcisè debet inhaerere petitioni. *l. ult. C. fideicommiss. lib.*

Limita 1. quod ob favorem dirimendarum litium judex possit condemnare in partem, confessam, reservando parti jus integrum in parte dubia, *l. 21. de reb. Cred.*

Limita 2. quod necessitate suadente etiam loco rei, quæ in petitionem venit, judex condemnare partem potest in æstimationem. *l. 22. de R. C.* quo tamen in casu actio stricti juris videtur degenerare in arbitrium.

CAP. XXIII.

De Actionibus ex
delicto.

Axioma I.

Actiones ex delicto non transeunt in heredes, *l. un. C. ex delict. defunct.* Ratio, quia delicta debent tenere suos auctores, *l. 22. C. de penis.* quare jus representationis, ubi hæres eadem cum defuncto persona esse censetur, locum non habet in delictis, ob quod jus actiones in heredes alias derivantur.

Amplia-

Ampliatur hæc regula, 1. quod ea locum quoque habeat in quasi delicto. *leg. 15. cum l. seq. de jud. l. ult. §. hæc judicia: Naut. caup. §. ab.*

Ampliatur 2. quod id verum sit non tantum quoad actiones poenales per §. 1. *Inst. de perpet. & temporalib. act. l. iii. §. 1. de Reg. Jur.* sed etiam procedat quoad rei persecutorias. *d. l. i. un. C. Ex del. def.*

Limita 1. nisi lis fuerit vivo adhuc delinquente contestata. *l. 26. §. 8. de O. & A. l. 87. de R. I. §. 1. Inst. de perpet. & temp. vel pro contestata habita l. 33. de O. & A. litis enim contestatione quasi contrahitur l. 3. §. ii. de pecul. unde post litis contestationem heres quasi ex contractu convenitur, ubi jus repræsentandi locum habet. Declaratur tamen hæc limitatio, quod procedat tantum in civilibus, non in publicis aut criminalibus l. 20. de Accus. l. 3. §. C. si Reus vel accusator.*

2. Nisi quid ad heredem pervenerit l. v. §. 2. l. 17. §. 1. de dol.

3. Nisi per delictum res ipsæ fuerint affectæ. *l. 3. §. 5. Quod quisque juris. & ibi Cujac. l. 22. de Senatuse. Syllan.*

4. Aut denique fuerit inter crimina excepta, ut puta furti, *l. 9. de condit. furtivæ.* & ex publicis, perduellionis, *l. ult. ad L. Jul. majest. repetundarum l. 20. de accus. peculatus & de residuis. l. ult. ad L. Jul. pec. add. omnino Carpz. part. 4. jurispr. ser. const. 12. def. 9.*

CAP. XXIV.

De Actore.

Axioma I.

Plures tutores simul agere non possunt. Fundatur hæc regula in l. 24. §. 1. de Administr. & per. tut. & curat.

Declaranda tamen ea est, quod procedat non de simplici & absoluta impossibilitate, quasi salvo juris ordine plures agere non possent, sed explicanda tantum de commoditate, quod scilicet unus facilius agat quam plures. *l. 3. §. 6. Eod. tit. de Administr. & per. tut. & curat. ubi v. Cujac. in Paulo ad d. l. 24. §. 1.*

II.

Pluribus Actoribus concurrentibus is præferatur, qui est idoneus, *leg. 2. de populi. action.*

Idoniorum autem iudex eliger, consideratis omnibus circumstantiis, ætatis & morum, *l. ult. de collus. deteg. & præcipue actionem permittit ei, cuius maxime interest, d. l. ult. l. 1. 3. de pop. act. seu ad quem maxime res pertinet. leg. 3. §. 12. de lib. homine.*

exhib. puta, quod quis consanguinitatis vel affinitatis causa agere debet, l. 5. §. 1. de his qui affud.

III.

Actor paratus veniat ad iudicium: textus elegans est in l. 42. *vers. nam plane qui agit, certus esse debet. de Reg. Jur.* Ratio, quia actor in sua potestate habet, quando agere velit, *d. l. 42. l. 5. §. ult. de doli mali & metus exceptione. secus ac in persona rei, d. §. ult. & ideo qui agit, debet ipse venire instructus & paratus habere probationes, non ab adversario petere l. 4. C. de Edend. Concludit quoque ex hoc Donellus 26. Comm. 3. Actorem victum nunquam justam litigandi habuisse causam: quod tamen vitiosum, & sanè plures litigandi justas causas, quas actor potest prætere, exponit Meierus in C. l. A. de re jud. tb. 26. n. 9. add. Umm. de process. disput. 22. tb. 8. n. 29. & seqq.*

IV.

Actor potestatem agendi habet, quando vult, non etiam reus exceptionem suam proponendi. Hinc est quod actioni præscribatur, cum exceptio sit æterna, *l. 5. §. ult. de doli mali & metus exceptione.*

Sunt tamen quædam exceptiones, quæ & in modum actionis possunt proponi, velut exceptio non numeratæ pecuniæ, dotis & similes, quæ non minus quam actiones ipsæ possunt præscribi. *l. 1. ff. C. de non. num. pec. & §. un. Instit. de lit. oblig.*

Idem hic notare licet, quod quando actor dolo secessat agere, dum forte reo exceptionis suæ probationes pereant, reus adire iudicem eique suam exceptionem indicare potest, petereque, ut cogat actorem intra certum tempus, experiri sub poena perpetui silentii, quam cautelam insinuat C. l. A. de doli mali & met. except. tb. 5. in fine.

V.

Actor antequam agat prius reum amice admonere debet, *cap. 13. de jud. l. 13. de Serv. Præd. Urb.*

VI.

ACTOR debet sequi forum rei, *l. in criminalis. C. de jurisdict. omnium judic. l. juris ordinem 2. C. eod. tit. l. fin. C. ubi in rem actio, leg. 2. C. ubi & apud quem. cap. experientie 15. & cap. si quisquam 16. caus. ii. q. 1. cap. sane 3. cap. cum sit generale. 8. c. si Clericus 5. de foro compet. Forum autem est, ubi domicilium. l. 2. C. de jurisd. omn. jud. Donnell, 17. comment. cap. 17. Ordin. Regis*